

Requiem

Introitus (cf. IV Esr. 2, 34 + 35):

Requiem aeternam dona eis
Domine:
et lux perpetua luceat eis.

(Ps. 64, 2 + 3)

Te decet hymnus, Deus, in Sion,
et tibi reddetur votum in Ierusalem:

Exaudi orationem meam,
ad te omnis caro veniet.

Graduale (cf. IV Esr. 2, 34 + 35):

Requiem aeternam dona eis
Domine:
et lux perpetua luceat eis.

(Ps. 111, 7)

In memoria aeterna erit iustus:
ab auditione mala non timebit.

Tractus:

Absolve, Domine, animas omnium
fidelium defunctorum
ab omni vinculo delictorum.

Et gratia tua illis succurrente,
mereantur evadere iudicium
ultionis.

Et lucis aeternae
beatitudine perfrui.

Requiem

Einzug:

Herr,
gib ihnen die ewige Ruhe,
und das ewige Licht leuchte ihnen.

(Ps. 65, 2 + 3)

Dir gebührt Lobgesang, Gott, auf
dem Zion, dir erfüllt man Gelübde.

Du erhörst die Gebete.
Alle Menschen kommen zu dir.

Zwischengesang:

Herr,
gib ihnen die ewige Ruhe,
und das ewige Licht leuchte ihnen.

(Ps. 112, 6 + 7)

Ewig denkt man an den Gerechten.
Er fürchtet sich nicht vor
Verleumdung.

Tractus:

Löse, Herr die Seelen aller
verstorbenen Gläubigen
von jeder Fessel der Schuld

und deine Gnade komme ihnen zu
Hilfe, damit sie dem Gericht der
Rache entkommen

und die Seeligkeit des ewigen
Lebens genießen.

Sequenz:

Dies irae dies illa, (cf. So. 1, 15)
Solvat saeculum in favilla:
Teste David cum Sibylla.

Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta stricte discussurus !

Tuba mirum spargens sonum
Per sepulcra regionum,
Coget omnes ante thronum.

Mors stupebit et natura,
Cum resurget creatura,
Iudicanti responsura.

Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus iudicetur.

Iudex ergo cum sedebit,
Quidquid latet apparebit:
Nil inultum remanebit.

Quid sum miser tunc dicturus ?
Quem patronum rogaturus ?
Cum vix iustus sit securus.

Rex tremendae maiestatis,
Qui salvandos salvas gratis,
Salva me, fons pietatis.

Recordare Iesu pie,
Quod sum causa tuae viae:
Ne me perdas illa die.

Quaerens me, sedisti lassus:
Redemisti crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.

Sequenz:

Tag der Rache, Tag der Sünden,
Wird das Weltall sich entzünden,
wie Sibyll und David künden.

Welch ein Graus wird sein und Zagen,
Wenn der Richter kommt, mit Fragen
Streng zu prüfen alle Klagen !

Laut wird die Posaune klingen,
Durch der Erde Gräber dringen,
Alle hin zum Throne zwingen.

Schauernd sehen Tod und Leben
Sich die Kreatur erheben,
Rechenschaft dem Herrn zu geben.

Und ein Buch wird aufgeschlagen,
Treu darin ist eingetragen
Jede Schuld aus Erdentagen.

Sitzt der Richter dann zu richten,
Wird sich das Verborgne lichten;
Nichts kann vor der Strafe flüchten.

Weh ! Was werd ich Armer sagen ?
Welchen Anwalt mir erfragen,
Wenn Gerechte selbst verzagen ?

König schrecklicher Gewalten,
Frei ist Deiner Gnade Schalten:
Gnadenquell, lass Gnade walten !

Milder Jeus, wollst erwägen,
Dass Du kamest meinewegen,
Schleudre mir nicht Fluch entgegen.

Bist mich suchend müd gegangen,
Mir zum Heil am Kreuz gegangen,
Mög dies Mühn zum Ziel gelangen.

Iuste iudex ultionis,
 Donum fac remissionis,
 Ante diem rationis.

Richter Du gerechter Rache,
 Nachsicht üb in meiner Sache
 Eh ich zum Gericht erwache.

Ingemisco, tamquam reus:
 Culpa rubet vultus meus:
 Supplicanti parce Deus.

Seufzend steh ich schuldbefangen,
 Schamrot glühen meine Wangen,
 Lass mein Bitten Gnad erlangen.

Qui Mariam absolvisti,
 Et latronem exaudisti,
 Mihi quoque spem dedisti.

Hast vergeben einst Marien,
 Hast dem Schächer dann verziehen,
 Hast auch Hoffnung mir verliehen.

Preces meae non sunt dignae:
 Sed tu bonus fac benigne,
 Ne perenni cremer igne.

Wenig gilt vor Dir mein Flehen;
 Doch aus Gnade lass geschehen,
 Dass ich mög der Höll entgehen.

Inter oves locum praesta,
 Et ab haedis me sequestra,
 Statuens in parte dextra.

Bei den Schafen gib mir Weide,
 Von der Böcke Schar mich scheide,
 Stell mich auf die rechte Seite.

Confutatis maledictis,
 Flammis acribus addictis,
 Voca me cum benedictis.

Wird die Hölle ohne Schonung
 Den Verdammten zur Belohnung,
 Ruf mich zu der Sel'gen Wohnung.

Oro supplex et acclinis,
 Cor contritum quasi cinis:
 Gere curam mei finis.

Schuldgebeugt zu Dir ich schreie,
 Tief zerknirscht in Herzensreue,
 Sel'ges Ende mir verleihe.

Lacrimosa dies illa,
 Qua resurget ex favilla.

Tag der Tränen, Tag der Wehen,
 Da vom Grabe wird erstehen

Iudicandus homo reus:
 Huic ergo parce Deus.

Zum Gericht der Mensch voll Sünden;
 Lass ihn, Gott, Erbarmen finden.

Pie Iesu Domine,
 dona eis requiem.

Milder Jesus, Herrscher Du,
 Schenk den Toten ew'ge Ruh.

Amen.

Amen.

Offertorium:

Domine Iesu Christe,
 Rex gloriae,
 libera animas omnium
 fidelium defunctorum
 de poenis inferni,
 et de profundo lacu:
 libera eas
 de ore leonis,
 ne absorbeat eas tartarus,
 ne cadant in obscurum:
 sed signifer sanctus Michael
 repraesentet eas in lucem sanctam:
 Quam olim Abrahae promisisti,
 et semini eius.

Hostias et preces tibi Domine
 laudis offerimus:
 tu suscipe pro animabus illis,
 quarum hodie memoriam facimus:
 fac eas, Domine,
 de morte transire ad vitam.
 Quam olim Abrahae promisisti,
 et semini eius.

Communio (cf. IV Esr. 2, 35):

Lux aeterna luceat eis, Domine:
 Cum sanctis tuis in
 aeternum, quia pius es.

Requiem aeternam dona eis
 Domine,
 et lux perpetua luceat eis.

Cum sanctis tuis in aeternum,
 quia pius es.

Gabenbereitung:

Herr Jesus Christus,
 König der Herrlichkeit,
 befreie die Seelen aller
 verstorbenen Gläubigen
 vor den Qualen der Hölle
 und vor der tiefen Grube.
 Befreie sie aus dem Rachen des
 Löwen, damit die Unterwelt sie
 nicht verschlinge und sie nicht in
 die Finsternis stürzen. Der heilige
 Bannerträger Michael führe sie
 vielmehr in das heilige Licht,
 das du einst Abraham und seinen
 Nachkommen verheißen hast.

Opfer und Lobgebete bringen wir
 dir dar, Herr.
 Nimm sie für jene Seelen an, derer
 wir heute gedenken.
 Herr, lass sie
 vom Tod zum Leben gelangen,
 das du einst Abraham und seinen
 Nachkommen verheißen hast.

Kommuniongesang:

Das ewige Licht leuchte ihnen,
 Herr, bei deinen Heiligen in
 Ewigkeit, weil du gut bist.

Herr,
 gib ihnen die ewige Ruhe,
 und das ewige Licht leuchte ihnen,

bei deinen Heiligen in Ewigkeit,
 weil du gut bist.